



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Cornelii Cvrtili Cæsarei Consiliarij et Historiographi  
Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs  
alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati**

**Curtius, Cornelius**

**Antuerpiæ**

7. Ejus mira abstinentia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37243**

AVGVSTINI adlectus est. Ibi, quàm mundum mundi que omnia odisset, facile probavit.

7.  
Ejus mira  
abstinen-  
tia.

Inter primas curas habuit rebellem spiritui carnem subigere, & luctantem quibusdam veluti lupatis vitæ austeritate validè frenare. Tribus diebus, quos jejunio puer sacrauerat, etiam illum adjunxit quem VIRGINI-MATRI dicamus, quibus sitim undâ, solo modici panis crustulo famem irritabat potius, quàm extinguebat. Aliis, herbas oleraq; adhibuit, sed incondita omnia, & ut erant à matre nata, in aquâ virgine cocta. A vino & carne abstinuit, veluti à duabus castimonix virginalis capitalibus pestibus: nisi quòd illo aquam aliquando temperaret. Pisces non gustavit unquam. Ovis, lacticiniis, oleo nunquâ quoad vixit, usus est. Porro tam duriter corpus habitum abjecit ad quietem longè durius. Cubile, ut plurimum terra, cervical non nisi rude saxum erat: cui invigilasse potius quàm indormisse tam multis jejuniis exhaustum corpuscu-



pusculum crede. Indumentum ex panno vilissimo, & subdititium alterum cilicium fetis horridum.

8. Et corporis afflictio.

Cingulum ex annulis crassis, ferreis; quo lumbos nudos pressim catenabat. Ad has corporis afflictiones adjecit flagrum asperum, quo pœnas quotidie à scapulis suis exposcebat. Cujus loco non raro ferreâ catenâ ita carnem concidit, ut vix artus hærerent, cum formâ viribus omnibus defluentibus.

Inter hæc generosa corporis exercitamina, non desit tamen studiis sacris incumbere, semper nudis in terram flexis genibus, irreflexis oculis in Crucifixum. Cumque delassatum longâ geniculatione corpus diutiùs sustentare non posset, cubito utroque nudo aliis duobus faxis, quæ in usum hunc asservabat, innitebatur. Præter Canonicum, sanctæ quoque Crucis (quæ in deliciis illi erat) officium quotidie recitabat. Orandi nullum finem faciebat. Perstabat in æde sacrâ à Matutinis precibus ad Vespertinas; ab his ad ultimas usque. In commen-

9. Orandi studium.

A 4 tandâ

36 c